Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



coniurationis sperante, e uestigio Comodus obmutuit.
¶ Ex dictis suspitio omnis incessit. Credere non dissimu-
Perennius lat. Hunc Perennius comprehendi: & eo atque falsa
Locutum igni penitus admoueri iubet. ¶ Tales hic in-
tempestiue audatie penas dedit. Qui apud Comodum
Iustum Audacie suplicium: uersantur: quique eum amare dicebant: non mediocri
olim odio in Perennium affecti (quoniam grauis ac into-
llerabilis erat erat suspitio & contumelia) in tempore
Eum calumpniari aggrediuntur. Comodum insidias
fugere oportere: Perennium quoque cum filiis uniuersis
male disperdi. ¶ Haud multo post tempore plerique
Nomismata Perennij. Milites (ignorante id Perennij filio) Nomismata
illius effigie decussa, Romam afferunt: Clamque
perennio, hec Comodo ostendunt: quin & occultas
coniurationis insidias aperiunt. Ab Imperatore magnifice
donantur. ¶ Hec omnia adhuc nescienti Perennio, nihilque
tale expectanti: noctu, Imperatoris iussu quam celerrime
Perennius interficitur: Caput abscinditur. Vt facti notitiam preueniat ad
Perennij filium, perpetrati facinoris inscium,
Nuntios ipso rumore celerius illuc affuturos
mittit, gratis litteris affatus, maxima spe Romam